



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 58. Reginae declaratio in favorem Religionis Catholicæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI tandem vero in amplas Reginæ laudes  
 A. C. 1553. excurrens populo quietos, ac prospere-  
 ros vitæ dies pollicebatur.

§. LVIII.

*Reginæ declaratio in favorem Reli-  
 gionis Catholicæ.*

Cum Regina in Senatu declarasset,  
 quod neminem ad amplectendam  
 fidem Catholicam cogere vellet, hinc  
 non deerant Protestantium nonnulli,  
 qui sibi perperam persuadebant, quod  
 suam hæresin profitendi libertas ipsis  
 concederetur: alii vero magis providi  
 haud temere suspicabantur, quod sibi  
 hanc indulgentiam minime polliceri pos-  
 sent: porro, quod sua eos opinio haud  
 fefellerit, sat manifestum fiebat ex de-  
 claratione, vi cujus Regina die decima  
 octava Augusti ita palam profitebatur:  
 „Eandem teneo fidem, in qua ab incu-  
 „nabulis fui enutrita, atque in ea usque  
 „ad extremum vitæ meæ halitum per-  
 „sistere cupio: Vehementer autem ex-  
 „opto, ut eandem quoque Religionem  
 „in spiritu charitatis omnes mei subditi  
 „profiteantur: de cetero ut meam am-  
 „plectantur fidem, neminem cogere in-  
 „tendo, donec omnia per Senatus au-  
 „thoritatem communi consensu fuerint  
 „stabilita Interea vero vobis præcipio,  
 „ut nullos suscitetis tumultus, sed potius  
 in

in pace, timore Dei, ac mutua chari-  
 tate vivatis, sedulo devitantes invisa,  
 nomina *Papistarum*, atque *Hæreticorum*.  
 „His addebat, si qui illicitos conven-  
 „tus habere fuerint deprehensi, eorum  
 „Authores severe castigari curabo, præ-  
 „terea absque nostra venia sermones  
 „feri, Sacros Codices explicari, lib-  
 „ros typis edi, aut ludos theatrales ex-  
 „hiberi prohibeo. Insuper mens mea  
 „haud alia est, quam ut nullus ex iis,  
 „qui nuperæ rebellionis participes erant,  
 „absque nostro mandato ea ex causa  
 „puniatur, nec tamen propterea in reos  
 „inquiri erit prohibitum:„ tandem ser-  
 „monem suum his verbis absolvit.„  
 „Equidem nonnisi invita ad exercendam  
 „legum severitatem compellor, si ta-  
 „men quidam seditiosa cudent consilia,  
 „illos ad pœnam trahere firmum, fi-  
 „xumque est, spero tamen, quod mei  
 „subditi me ad tam acerbas animad-  
 „versiones non sint compulsuri.„

§. LIX.

*Petrus Martyr ex Anglia profugus. Sleid. l. 25.*

Ex hac declaratione Hæretici haud ob-  
 scure intelligebant, quod Regina  
 adulterinam reformationem Senatus  
 auctoritate abrogare statuerit, unde  
 quantocius eorum plures, præcipue  
 vero exteri, qui magno numero in Ang-  
 lia

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1553.

p. 930.  
 Thuan. l. 13.  
 Burnet. l. 2.  
 tom. 2. p. 327.  
 Sander. l. 2.  
 p. 2. p. 311.

*Hist. Eccles. Tom. XLI. R r*